

est, Thurium que à fonte qui iuxta est, denominata: cuius quoque paucissima nunc vestigia supersunt, & in planitie vbi sita vrbs erat, ex arborum quarundam truncis, folijsque syluestrium prunorum instar manna legitur, quæ æstiuo tempore cœlū roat: præsertim cum imbres diurnos nox serena insequitur, quæ folijs hæret, illa quæ truncis melior & pretiosior habetur. Fuit præterea in hac ora Metapontum vrbs olim nobilissima, cuius per exigua extant reliquæ. Ciuitates hodie etiam nū splendidas habet, è quibus Altauilla & Sissinianū principatus dignitate ac titulo. Grauanum & Traiectinum Ducatus honore florent. Est & antiquissima nobilissimaque ciuitas Tarentum, Magnæ Græciæ finis, in eius aditu portus longè celeberrimus, scriptorum monumentis præcipueque Strabonis, celebratus. Regiones porrò huius qualitas & laudes, vna cum Brutiorum agri cōmoditate dicta est. Termini autè eius sunt, ab exortu Solis Adriaticum æquor, à Meridie flumen Alex cū Brutijs, ab Occasū Crathis amnis, Appenninus & Lucani, à Septent. sinus Tarentinus cum Apulis Peucetijs. Nunc Salentinōs enarremus, quorum nomen à Salo deriuant, quod hæc gens penè circumquaque mari ambiatur, Isthmo tantum modico continenti annexa. Nonnulli Salētinōs dictos putauerunt à fœdere, quod inter Idumēnos & Cretēses in salo sine mari initum fuit. Habuit & alia nomina, primum enim Iapygia, Messapiaq; , dein & Calabria dicta fuit: nomen etiā huic regioni Apuliæ datum, & recentissimū nunc Italis ab Hydrunto vrbe, terræ Hydruntinæ. Hanc olim veteres populi habitauerunt, Egetini, Butuntinēses, Deciani, Brumbestini, Næbonēses, Sturnini, Tutini. Has gētes omnes olim Calabros appellauerunt, quos ita nūc vocamus, qui Brutij sunt. Regionis caput & præcipua vrbs Brundisium, in promontorio perhonesto. Iacet prope Leucæ promontorium, in Iapygia, Epirum spectans. Arcem habet eximia in saxo, quæ vt omni vi inuisa videatur, modò nihil rerum nec hominum efficiat. Deinceps est Brundisium, quæ vrbs opibus & portu tantum valuit, vt Salentinorum haberetur caput, nunc prope modum & collapsa iacet, intestinis ciuium odijs & contentione. Permuta habet arcem, & portū toto orbe cum primis celeberrimū. Nunc Archiepiscopali sede nobilitatum est Brundisium. Deinceps Aletium vrbs est honestissima, regionisque totius præcipua, tam si elegantia ac descriptionē ædificiorum, quàm si populi frequentia, ciuilitatem, opesque spectes. Cōsiliū in ea regium Apuliæ totius & forum perpetuum agitur. Regio fertilis est & optima. Agrum Iapygiæ Strabo non sine admiratione oppido commodum esse scribit, quod supremum eius solum asperū appareat, verū aratro proficissimum apertumque glebā admodum pingue ac vberem summæ altitudinis exhibeat, quodque siticulosus aquarum penuria videatur, tamē & pascua habeat latissima, & arborum vbiq; multitudinē. Fines autem Salentinorum sunt à Meridie Tarentum, & mare vsque ad promontorium Salentinum, ab Oriente promontorium idem cum Ionio, itemq; ab Septent. ab Hydrunte nimirū vsque Brundisium. Dein ab Occasū Apulia, Peucetia, cum Magnæ Græciæ parte pen' insula quædā his terminis efficitur. Ionio Adriaticoq; mari circumscripta. Sequitur vt Apulia n percurramus, cuius nomen deriuatur, vt quidā putant ex A priuatiua particula, & pluuia voce: tanquam Apluuia, quod in ea rarissimè pluat: quæ tamē etymologia parti tantum Apuliæ conuenit, quæ aquarū indiga est, reliquæ minimè, in qua vt affatim pluat necesse est, ob summam agrorū vbertatem. Ausonia quoque nomen habuit, ab Ausone rege, quem ex Armenia in hæc se loca transfuisse Berosus perhibet. Nunc vulgò terra Bariana vocatur. Coluerunt primū hanc terram Pedicli ex Illyrico huc profecti, eos deinde pepulere Aetoli ex Græciæ regione orti. Diuiditur autè in Apuliam, Peucetiam, seu Oenotriam sic dictam ab Oenotri fratre Peucetio Lycaonis filio, & in Apuliam Dauniam, sic vocatam ab antiquissimo rege Daunio iocero Diomedis, ita vt illa à Brundisio, Tarento que ad flumen Aufidum, hæc inde vsque ad Phiternum flu. pertineat. Regionis caput est antiqua ciuitas Barium, vrbs pulchritudine, lautitijs, populi que frequentia nobilis, vt meritò regionis vniuersæ teneat principatum, eique nomen abs se terræ Baianæ præbeat: insignis Archiepiscopali sede. Solebant hic reges Neapolis coronā sumere. Sunt & in hac regione vestigia exigua Cumarum delatarū loci Romana clade insignis. Est præterea Andriū oppidum hoc tempore titulo ac dignitate Ducatus inclytū. Apuliam, Dauniam, nunc Planam appellant Itali, in ea D. Viti oppidum est, ædificijs haud infrequens: at propter multitudinem serpentium omnino desolatum, & A. oliū ciuitas Ducatus titulo inclyta. Ager huius regionis vbertate summa, triticū, hordeū, linum, oleum, amygdalū, vinum, aliorum que generum nobilissimos fructus fundit, vt propè cum omni Italia reliqua conferri queat, & æquari. Circumscribitur autè sic, vt ad exortum Salentini sint, ad Meridiē Lucani, Hirpini & Samnites, ad Septentrionē sinus Ionicus vel Adriaticus, ad Occasum amnis Phiternus. Caracenorū & Frentanorū, qui nunc Aprutij sunt terminus. Sequitur Samnitium vltima huius regni regio, cuius nomen à Samnio vrbe ortum. Hæc verò ipsa à Sabinis Sabellisque aduenis, qui ibidem primum consedere appellationem accepit: quanquā & Parthenias eos plerique appellauerunt, & à Tarentinis originē eos ducere sunt arbitrati. Hodie Aprutium hæc regio dicitur, quod aiunt quidā deriuari ab A priuatiua particula, Prutioque quod Lucanus seruum fugitiuum significat, quod hi tales minimè sint. Quidam putant Aprutiū ab aprorum his in locis frequentia, propter syluosos saltus, quod aprorum veluti peculiaris habitatio sit. Dicunt alij Aprutium pro Præcutium dici, qui exigua Samnitium pars sunt. Diuiduntur autè Samnitij in Frentanos, Caracenos,

Pelignos, Marrucinos, Præcutinos, Vestinos, Sānites, & Hirpinos, qui quondam populi Samnites appellati sunt. Irentani & Caraceni eo sunt situ, vt ab exortu Apuliam, Dauniam, ad Meridiem Apenninum, ad Occasum Pelignos, ad Septentrionē Adriam habeant. In hac Terminus seu Termulæ oppidum Ducatus titulo insigne. Pelignorum gētem ab Oriente flumen Sarus & Frentani, Caraceni que stringunt, à Meridie Vestini, ab Occidente amnis Aternus cum Marrucinis, à Septentrione sinus Adriaticus. Horū ciuitas Iaucianum emporium celebre. Itē Sulmo Ouidij Poëtæ lepidissimi patria. Pelignorū nomine amisso hodie hic ager Valuanus seu Valuentis dicitur. Vestini terminantur à Septentrione Pelignis, ab Oriente Samnio, à Meridie Campania felice, cum Latio ab Occidente, Præcutinis, Marfis & Sabinis. Horum ciuitas Aquila in potētissimis vniuersi regni numeratur. Marrucinis ab exortu sunt. Peligni cum Aterno, à Meridie, Vestini & Præcutini, ab Occasū Piceni cum Truento, à Septent. Adria. Horum oppidū Lauretum, Ducatus titulo insigne. Præcutinis ab exortu sunt Vestini, à Meridie Sabinus ager, ab Occasū Trudentum flumen, à Septentrione Narrucini cum Adriatico sinu. Teranum caput est huius regionis, regulis vrbs dux appellatur. Fines verò Hirpinorū & Samnitium sunt, ab exortu Lucani, ijdemque etiā à Meridie partim, partimque Picentini & Campania felice, ab Occasū Sabini cū Vestinis, à Septentrione Apenninus, cum Apulia, Daunia, quæ trans montem pertinet, & Caracenis ac Pelignis. Horum vrbs Samnium, à qua tota Aprutina regio olim nomen adepta est. Item Berrenentum olim Maleuentum propter iniuriosum proteruū, ac horribilem ventum, quem frequēter patitur. Item Sara ducatus titulo ornata. Præterea Arpinum Ciceronis ortu nobile. Terra in vniuersum cunctis fructiferarum arborum generibus: veluti punicis medicisque, ac citris, itē olea, pyris, prunis, cerasis, ac similibus conferta, ac exornata nitet. Par etiā hic vitium elegantia, præterea cum oculos tum odoratū, topiaria ex myrto, lauro, buxo, gelsamino, hædera, rosmarino, rosaque, & eiusmodi nobilibus arbusculis, odorem suauissimū aspirantibus delectant, Mala medica, citria omnis generis, saporis omnigena varietate, ac formæ quoque vtpote longa, rotunda, fastigiata, bifurca, trifurca. In Brutia etiā Succharum abundè prouenit. Piper in Rosano sinu nascitur. Crocus in Gallipolitano agro. Omnesque beatitudines huius terræ enumerare, immensi operis esset. Fluminibus vndique totū regnum irrigatur plurimis, quo ū nos præcipua nominabimus, tantum cum loci angustia non ferat eorū fontes, fluxus, & ostia monstrare, quæ tamen charta satis inspicienti attentius demonstrabit. In Campania ergo primū Liris seu Gargil. o est, quæ innu meri penè alij argent. Deinceps Vulturis, Sarnus, Furor, Ebois. In Lucanis est Silarus, Eletes, Melpis, Laus. In Brutijs Fredus, Sabutus, Amatus. In Magna Græcia Ancitula, Meduna, Seminaria, Alex, Saera Cerinus, Crotalus, Semirus, Targines, Aesaris, Neathus, Crathis, Sybaris, Cochilus, Siris, Acris, Galefus, Bagrada. In Casentinis Bradanus, Anfidius. In Apulis, Cerbalus, Frento, Tofernus, deinde Saurus. In Marrucinis Forus, Pescaria, Phiternus, Nursa. In Samnitibus Calor, Sabatus, Casanus, ac præter hos infiniti alij. Montes quoque præcipui Apenninus regnum hoc medium continuo penè tractu secans. In Campania est Maflicus mons, Gallicanus, Taffata, Vestinus montes. In Magna Græcia Sylla mons est. In Apulia, Daunia, Hirpini montes & Garganus. In Caracenis Piliarius mons. In Marrucinis Cornius mons. In Pelignis Marella mons. In Vestinis Mathesis mons, &c. Syluis quoque non carent: nam in Lucania sylua Ebois, sylua Peregrinalis, sylua Lusyllina, sunt oēs propemodū latronibus infestæ. Brutiorū quoque Solarij saltus latrocinijs infames sunt. Eodē modo etiā famosa Tripaltena sylua in Calabria. Extat & præter has quæ plurimæ sylua, nemoraque, mororū, amygdalarū, & olearū. Ex minæris sulphureas habent in agro Capano, Neopolitanoque, itemq; & alluminarias. In Brutiorū mediterraneis haud procul inde etiā manna colligitur. In Græcia Magna iuxta Stillū, Patiamque, ferri, silis, argēti & aurifodinæ sunt. In Crotianate etiā agro argentifodinæ sunt. Sal præterea iuxta Tarentū effoditur, oleū Petronicū iuxta Aternum amnē in Pelignis colligitur. Thermarū quoque hic præcipue in Capania vix est numerus. Sunt enim Orthodonica D. Analtasij subsidiū hominis, Calaturæ, Balneolum, Balneum cryptæ, Balneum Astrum, aqua præterea quædam examinās, Trepergulana Balnea, Balneū arcus, Aqua Cantarella, Balneum Fontanū, D. Mariæ Balneum, seu oleū Petrolij, Balneū Solis & Lunæ, Gibborosum, Fons Episcopalis, Fatorum Balneum, Bracula, Spelunca, Thermæ Baianæ, seu Syluianæ, & multæ aliæ. De Vestiuo monte ardente hic referre nimis prolixū esset. Initium itaque sumunt prædictæ regiones in Occidente sub gradib. longitu. 37. vbi Ascolum Præcutinorum, & in Orientem excurrunt sub longit. grad. 42. 45. minut. Vbi Hydra vicus Salentinorum. A Meridie incipiunt sub latitud. grad. 37. minut. 45. vbi Cænis promontoriū, Brutiorum, seu Calabria. Desinunt in Septentrione sub gradibus latitudinis 42. minut. 30. vbi rursus Ascolum in Præcutinis. Subiacent itaque post medium quinti climatis, quod est per Rhodum vsque post medium sexti, quod est per Hellepontum. Ita parallelus eius Australis est 12. paulò minus, vbi dies æstiuæ prolixior horarum 14. parallelus autem Septentrionalis sit 14. vbi dies prolixior horarum 15. longitud. autem habet ab Occasū in Ortum milliariorū Germanicorū 64. vel Italicorū 256. latitudinem verò à Meridie in Septentrionem milliariorū Germanicorū 66. Italicorū 265.


MARCHIA TARVISINA.

XV


Paduanum hoc territorium à Padua, seu vti Latini vocant Patauia, vrbe in ea famata ac nobili nomē accepisse, nulli dubium est, quamuis hæc charta plura adferat inspicienda quam eius vrbs imperium seu diocesis complectatur. Quare nos vti simul illuceat quam partē Italia hæc regio occupet, eam generaliori vocabulo appellabimus Taruisinam Marchiam, cuius hæc pleraque pars est, seu Venetiam regionem cui eadem subiecta est. Quemadmodum enim post euersum à Carolo Magno Longobardorum imperium, AEmilia Flamminiaque pars, quoniā in fide vrbs Romæ semper hæssisset, Romanula dicta est, itemque pars AEmilia cum Gallia Transpadana, quod sub Longobardis fuisset Longobardia. Ita quoque Venetorum tota regio Marchia Taruisina nomen retinuit, quoniam Marchionum Longobardici nominis à quibus regebatur, sedes & domiciliū in vrbe Taruisio tum erat. Hic olim sedes erat gentis Euganeorum ab nobilitate sic dicta, quoniā Euganei Græca nominis interpretatione claris natalibus, genereque nobili natos significant. Euganeos his sedibus pepulere Veneti, à quibus deinde tota regio Venetia dicta est, ab Henetis, vti Liuius testatur, qui seditione ex Paphlogonia pulsus cū Antenore Troia capta, ac rege Pylemone ad Troiam amisso, in intimum maris Adriatici sinum venere, Euganeisque, qui inter mare & Alpes colebant, pulsus, ea loca acceperunt, gensque vniuersa Veneti appellati sunt. Cenanianorum quoque nonnulla loca continet Marchia Taruisina, qui cū in Italianam transgredissent, pulsus hinc prioribus Colonis, nimirum à Benaco Larione lacu Tridentum & Veronam vsque, ipsi sedes eorum cepere, nomenque Cenanianorum imposuere agro. Scinditur nunc Regio in plures dioceses, pro vrbiū in ea famatissimarum imperijs, quibus Veneti suos constituunt magistratus. Vti in Taruisinum, Menstrinum, Venetum, Paduanum, Vicentinum, Veronensem pagos. Vrbes verò in hoc tractu præcipue sunt Venetia, regionis caput, vrbs inlyta, condi cæpta circa annum à nato Christo primum post vigesimū & quadringentesimum cū fama spargeretur, Hunnos Danubium transgressuros, Italia inuadendæ causâ, quo tempore huius oræ gentes, tuta in his stagnis insularum loca primū cepere habitare: deinceps sub Aquileia euerfionem circa annum Christi 456. secundo fundata confluentibus eo tanquam ad tutissimum asyllum vndique vicinis gentibus. Denique sub Clesi Longobardico rege, tanta vrbs incrementa accepit, quum ob illius sauum tyrannidem, multarum Gallia Transpadana vrbiū ciues, veluti à Mediolano, Ticino, Verona, Vicentia, & oppidis alijs huc deserta patria, confluxissent, vt tam multitudine populi, quam ædificiorum auctu condita, tum recenter ex parte videretur. Exin autem perpetuis incrementis vrbs aded creuit, vt nunc in admirabile fabricam vnumque corpus ille circa Riuum altum Insula 60. pontibus connexæ cernuntur, quas insequentium temporum industria, crescensque paulatim res in hanc formam euexit, adiectis tandem etiam populi comodo duodenis. Creuerunt igitur in tantum Venetia, vt nunc circuitu pass. millia 8. colligant. AEdificijs nitent splendidissimis, populo pernobili, opulento ac potente, rebus omnibus cū ad hominum vsum, necessitatemque, tum ad delicias & voluptates, vtilibus affluunt, quam enim nihil penè quicquam apud se, quoniam medijs in stagnis sitæ sunt, habent, ex omnibus tamen orbis partibus annona importatur, cuius abundantiam, rerumque ad hominum necessitatem, ac etiam delicias vtillum, quæ diuersis ex oris & regionibus, non solum Italia, sed Illyrici, Græciaque in super & Asia huc deportantur, nisi longissima narratione consequi haud possemus. Innumera hinc mortaliū varijs ex orbis partibus, corporum vario cultu negotiatur multitudo, quæ res profectò summam & incredibilem admirationem habet. Sitæ sunt Venetia in intimo sinus Adriatici recessu, medijs in stagnis, quæ æstibus irrigua marinis affuso ab Oriente mari, quod recta in exortum pass. millia 50. hinc patet, at secundum oram vsque ad promontoriū Leuca millia 700. enauigantur. Summouet id à stagnis terrenis ager tenuis (litus vocant) artificio prouidæ naturæ, prætentus ad tutelam exilium Insularum in his stagnis contra fluctus & irati maris violentiam. Excurrit in longum millia ferè passuum 35. curuus instar arcus, & ostijs quinis interruptus, quæ singula portum modicum efficiunt, & cum mediocribus nauigijs, tum ipsis aquis marinis aditum ac viam in æstuarium præbent. Habet itaque ab Austro vrbs partem eius aggeris cum Continente, pariterque à Septentrione & Occasu. Condita igitur medijs in his paludibus, quæ tum aquæ marinæ per ostia littoris quina effusa, tum multi continentes amnes huc se exonerantes creant. Vrbs nobilissima Venetia modicis primum in Insulis ferè 60. paruo inter se spacio disunctis, intercurrentibus Euripis, vt non minus per se tuto loco, quam ad Imperia multarū gentium moderanda, idoneo ac oportuno sita sit. Vrbs in regiones est diuisa senas, proinde Sexteria vocat. In vniuersum vicos seu plebanicas congregationes habent 72. Cœnobio 4. pro Templis areæ sternuntur singulæ ad ciuitatis decorem: Vna D. Pauli æde excepta. Frequentantur omnes areæ nundinis die Mercurij & Sabathi. In D. Marci foro frequentissimo conuentu mercatus exercetur. Forum hoc non vnum est, sed coniuncta tria. Præoccupatur autem hoc forum sumptuosissimo templo D. Marci, quod eius frontem exornat: alterumque caput eius ex aduersum ædes nobili lapide perfecta D. Geminiani latera claudunt splendida è marmore ædificia, cum eximjs porticibus & variorum artificum tabernis vicos ha-

bet vrbs quamplurimos, totidemque propemodū Euripos, vt vniuersa tam pedibus quam nauiculis peragrari queat. Vicos ipsos riui diuidunt, ac transitus vbique pontibus iunguntur, vel ligneis, vel lapideis, quorū in vniuersum tam publici quam priuati 400. censentur. Præcipuus verò est Euripus, Canalem magnum vocant, qui vrbem totam interfecat, & circa medium ligneo ponte, tabernis vtrinque confisato iungitur, is propemodum in vrbs vmbilico situs est, pontisque Riui alti dicitur. Euripus ille magnus transmissus habet locis ternis denis, ad quæ nauicularum certus numerus confidet, ne multis magno incommodo circumeūda pontis sit via, nauicularū qua ciuitas peragratur, numerus 8000. amplius esse putatur. Est etiam intra vrbs ambitū nauale lacus pass. mill. duorum circuitu, mœnibus vndique validis munitus, & cum oportunis ad custodiam turribus, quem Arsenale vocant intus 400. hominum operis, perpetuò naues ædificantur, iuxta lacus alius Tana fluuium & rudentum torquendarū ad naues officina. Vrbs vt breuibus dicam summæ admirationis, & Italici nominis gloria decusque est. Ab vrbe mille pass. distat Murianum locus iucundus, amœnusque, situ quidem ædificiorumque descriptione Venetijs par, ac amœnitate longè præcellens. Vitreamina tam excellenti hinc arte faciunt, vt tum varietate, tum artificio cætera totius vrbs vitrea vasa longissimè superent. Taruisij situm quamuis præsens tabula non exprimat, tamen quia hic tractus ab ea vrbe nomen accepit, memorabitur. Vrbs est rebus ad vsum humanum vtilibus in primis affluens, copia namque frumenti, vini, cæterarumque frugum, & pecuaria re maximè abundat. Triticum agri eius candidissimum reddit panem, summaque vino nobilitas. In vrbe præter amnem Silem quo perluitur, fontium scatebræ permulta, claris aquis, & tam aspectu iucundis, quam potu admodum suauibus emicant, ædificia quoque splendida quamplurima sunt. Gens perhonesti lautaque, sublimibus & viuidis ingenijs tam ad literarum disciplinas, quam opes quærendas, aliaque luculenta studiorum genera promptissimis. Patauium vrbs (vti Strabo ait) iuxta paludes sita à mari sursum habet nauigationem, fluuiio per paludes delato 250. à magno portu stadijs. Portus autè ipse eodem quo flu. nomine Meduaco vocatur, hodie dicitur portus Methamæuci. Vrbs est sub Venetorū imperio, à quibus aded permunita est muris, turribus, molibusque, vt expugnari nulla vi posse videatur: admodum ampla, triplicique muro septa, quo etiam profundissimæ cinguntur fossæ nauigabiles: quippe quia Meduacum, qui Brenta hodie. Hanc tam munitionis vrbs causa, quam nauigandi oportunitatis maximo ingenio pertraxere Carrarienses reguli. Sumptuosissimis etiam ædificijs abundat, inter quæ arx est & pratoriū, multi pontes lapidei, quibus fluminum in vrbe transitus iunguntur. Est quoque sumptuosissimum D. Iustinae monasterium, in quo T. Liuij sepulchrum fuisse tradit Blondus, Innonis olim templum. Curia quoque maior pratoris domicilium amplissimum, quam exustam Veneti refecerunt longè splendidius, in eaque sublimi loco perhonorificè T. Liuij ossa posuere. Fora quinque habet admodum spatiosa, quorum vnum deambulationi & congressibus nobilitatis dicatum, alterum olitorum, tertium frumentarium, quartum lignarium, postremum palarium est. Collegia quoque sunt hinc aliquot inopia studiosorū iuuenum subleuandæ condita, quoniam omnium disciplinarū gymnasium Patauium habent, à Frederico secūdo institutum. Vrbs rebus ad vsum vitæ in primis est affluens, cælo quoque saluberrimo. Ager Patauius, amœnissimus, & frumenti, vini, reliquorumque frugum maximè fertilis, maximam tritici vbertatem fundit, ex quo panis conficitur totius Italia candidissimus, Vno quoque abundat generoso. Nitet vndique regio hæc peramœna, nobilisque pagis, vicis & villis ornatissimis, quæ ferè Patritiorū Venetorum sunt. Sunt & alia huius tractus ciuitates & oppida, vti Vincentia Ateste, Mons Silicis, & quæ breuitatis causa hinc prætermittuntur, hoc tantū addito, de Vincentina vrbe ædificijs splendidissimis ornata, quod duobus amnibus diuisa sit nauigabilibus Bacchilione & Rerone, qui in ipsa vrbe iunguntur. Abundat hæc vrbs annona omnis generis, propter summam agri amœnissimi vbertatem, tanta cū in ipsa vrbe, tum in agro mororum arborum, quarum fronde bombyces aluntur, frequentia est, vt summam habeant admirationem. Poma ferunt alba, quamobrem hoc sericum non est tam robustum, ac illud quod vermes genuere, folijs earum arborum nutriti, quæ mora nigra producunt. Pars quoque vrbiū in Tyrolensis Comitatus descriptione enumerata sunt. Regio est vniuersa pernobilis & lauta, distissimis oppidis, vrbiisque splendidissimis nitens. Campos habet amœnos, sæcundosque, ac frumeti, cæterarumque frugum. Item omnis generis fructus, & vini maximè fertiles, olearum aliquibus locis tanta est frequentia, vt potius densissimorum nemorum natura productorum formam referant, quam opere manuque confitorum. Non desunt pecudū greges humanis vsibus oportuni, Herbarum salutarium mortalium vtiles, adest metallorum vbertas, multi nobiles amnes & lacus, cælum salubre, iucundum & temperatum, tamque multis muniticæ naturæ dotibus ornatum est hæc terra, vt inter præcipuas Italiae totius regiones censeretur. Regionē complures rigant s. u. quorum maximus est Athesis ex Tridentinis alpihus profluens, multis amnibus auctus Tridentum alluit, vnde nonnihil per planitiem, ac mox iterum inter montium angustias magna violentia fert, eaque vehementia per Veronam præcipitat, infra quam in duo flumina diducitur. Vno quo

PADVANI AGRISQVE VRBIUM VICO-
RUM CASTRORUM MONTIVM FLVMINVM
AD VIVVM EXPRESSIO



VRBIS ROMANE TERRITORIVM PRÆTER
circumiacentium Vicinarumque Cuitatum Castrorum Villarum montiumque
situm etiam Uiarū publicarum fluminum typum oculis subjiciens



TERRITORIUM ROMANVM.

paludes petit, altero quo in mare pertingit ad Fossiones haud ignobilē portum. Pars etiā Arnesis cum aquis palustribus Brunduli portum efficit. Alter est Meduacus, hodie Brenta dicitur, is vbi stagnis falsis se coniungit, in duo cornua finditur, quorum quod dextrum est ad Popiliam & Methamanicum extenditur, ibique portum altiss. latissimumq; creat Methamanci. Bachilio olim Meduacus minor infra Batauium Brentæ coniungitur, ac deinde simul Edronem portum creat vna cum fossa Clodia. Recipit autem & Tessinam amnem: Brentam autem Cifinus flu. auget, eū sequitur Grinius, deinde in Occasum Tergo Vetus, Picnea, Vlor, fluuij. Proximè dein fluuium in æstuarium se condens est Musonus prope Mestrium oppidum, augetur is Marzemago flu. deinceps Silis amnis in ipsa Taruisio vrbe ortus, haud procul Torcello in stagna se exonerat. Montes sunt in hoc tractu Patauino, qui nec ad Apenninum, nec ad Alpes pertinent, qua conditione nullus alius ager est totius Italiae. Horum vnus est Gemula, alter Venda, & iuxta hos colles Euganei Poëtis celebratissimi. Syluæ hinc nullæ frequentes. Ex minoris argenti fodinas habent, in Vicentino agro Trettum & Vicouarium pagi, & in Valdaio marmorū lapidicina. Aquæ medicatæ sunt in Policella valle, nutritibus quæ lac vel morbo, vel aliquo quouis casu amiserint, lotura adhibitæ reitituunt vbertatem. Prope vicum Euganeum aquæ calidæ sunt, perpetuos vapores & fumos exæstuat. Apona balnea à vico proximo dicta. Nec procul hinc cœnum calidum est ad multos morbos salutare, quod vndique scaturientes aquæ calidæ efficiunt. Terminos autem habet Taruisina Marchia, ab Occasu Athesin flu. à Meridie eodem flu. subtenditur, ab Ortu Adriaticum sinum, à Septent. Plauum flu. & Caruos. Incipit autem ab Occidente sub grad. longit. 32. min. 25. vbi Tridentum, desinitque in Oriente sub longit. grad. 33. minut. 52. vbi Venetiæ, à Meridie initium sumit sub latitud. grad. 44. min. 20. vbi Badia oppidum: desinitque in Septentrione sub latitud. grad. 45. minut. 22. vbi Feltrium. Subiacet itaque sub finem sexti climatis, qui est parallelus per Massiliam, transiens vsque post initium sept. quod est per medium Pontum Euxinum, ita vt parallelus eius Australis sit 14. vbi dies prolixior horarum 15½. Borealis autem 15. diesque ibidem prolixior horarum 15½. Ita vt contineat in longitudine ab Occasu in Ortum milliaria Germanica 15½. seu Italica 62. tandundemque in latitudine.

TERRITORIUM ROMANVM.

HAEC regio olim Latium vocata fuit, à latendo, quod Saturnus Pontifex, vel Sabatius Saga potentiam Semiramidis fugiens hinc latuerit, hodie vulgato nomine Campania Romana dicitur, quod repperit existimatur ad differentiam Campaniæ Fælicis. Hanc olim diuersæ tenuere gētes, inter quas fuere Aborigenes, Arcades, Pelasgi, Ardeates, Siculi, Arunci, Rutuli, vltraque mōtes Circaos, Volsci, Osci, & Ausones, quæ hoc tempore pleræque ita penitus interiēre, cū multis ac penè innumeris alijs populis, vt nulla aut certè perexigua eorum reliqua sint vestigia. Fuerunt & Hernici populi, quorum sedes iuxta Anagninam, Verulanum, Alarnos, Frusinonesque fuisse traduntur. Item Marfi, quorum olim caput vrbs Marruuium ad Fucinum lacum, quæ paucis se nūc prodit vestigijs. Supra Tybur in Latio præcellis asperisq; montibus AEquicoli habitauerunt, eorū oppidum vicus Varionis, seu vti Sabellicus, inquit Valerius. Iuxta radices Prænestini montis, quem Algidum dixere quondam, vbi nunc Gallicanum est, agroque Finitimo Gabij incoluisse putantur. Diuiditur autem totus hic tractus in Latium Littorale & Mediterraneum: quia verò hæc tabula totam eam regionem minimè oculis subiicit, ideoque quod loci angustia hic non ferat, nos eius enarratione supersedemus. Romanæ tantum vrbs, cuius territorium exhibemus, addita qualicumque descriptione, quia singularum rerum hinc relatu dignarum commemoratio longior foret, quam hic locus patiat. De Romanæ verò vrbs origine hoc tantum dicere volumus, quod tanta varietate etiam vetustissimi scriptores de primis huius vrbs authoribus scripserint, vt ad eò tot sententiæ diuersæ, quot scriptores inueniantur, alij enim ab Remo AENEÆ filio conditæ, ac appellatam tradunt: alij ab Iliensi quadam seu Troiana muliere denominatam asserunt: alij eum Romum Vlyssis ex Circe filium fuisse scribunt: alij eundem Ascanij filium fuisse produnt. Nec desunt qui Romum Itali filium ex Electra Latini filia natum dixerint, iudicium penes Lectorem esto. Vrbs verò initia posita traduntur 3211. Anno mundi ante Christum natum 751. annis. Primi verò eius Coloni ex tribus constabant gentibus Albanis, nimirū Tuscis, & Sabinis. Romulus vrbs quadratam primò extruxit, tribus collibus in ea complexis, Palatino, Capitalino, & Cælio, vel vt alij tradunt etiam Exquilino quarto, totidemque pontes, quot montes à Romulo fuerunt ordinati. Tribus enim collibus tres portæ respondebant. Carmentalis, Romana, & Paduana, qui montes quatuor inclusos aiunt, addunt quartam Ianualem, Romulo vita functo Ianiculum, vltra Tyberim Ancus Marcius vrbi adiunxit. Seruius Quirinalē, Viminalē & Exquilinum, qui post tantum incrementum collibus septem complexis vrbs in octo regiones diuisit, totidemque portas, singulis regionibus respondentes constituit. Ex fuere Querquetulana, Neuiā, Tergemina, Naualis, Tarpeia, Quirinalis, Viminalis & Exquilina. Posterioribus verò temporibus ampliatum denuò vrbs spaciū est, adeò vt regionibus diuideretur 14.

Erant hæc Capena, mons Cælius, Isis & Serapis, Templi pacis, Exquilina Alta semita, Via lata, Forum Romanū, Circus Flaminius, Palatinus, Circus maximus, Piscina publica, Auentinus. Et trans Tyberim quædam addunt Valicanum, & Campum Martium maiorem. Ambitus vrbs temporibus Plinij erat pass. 20000. Sub Aureliano verò Imperatore, vt Vopiscus ait, erat pass. 50000. Portas suburbiorum & vrbs in vniuersum numero 24. fuisse refert Plinius. Erant autem hæc Flumentana siue Flaminia, Nomentana seu Viminalis: Exquilina siue Taurina, Cælimontana vel Asinana, Tergmina vel Ostiensis, Rutumena, seu Veientana, Collatina. Inter aggeres Aurelia, Tarpeia, Fontinalis, Lauernalis, Mutia, Piacularis, Quirinalis, vel Agonenfis aut Collina, Ianualis vel Sabina versus Sabinos, Neuiā siue Lauicana, Capena vel Apia, Portuensis vel Naualis, Triumphalis seu Vaticana, Tiburtina, Gabina, Latina Catularia, Laurētina, Ferentina, Minutia, Salutaris Prænestina, Ibitinensis Valeria, trium quæ desunt memoria nō extat. Hoc verò numero septem antiquiores paulò antè enumeratæ non continentur: vt pote quæ iam Plinij ætate interiērant. Linius tamen passim in sua historia circiter 37. ponit. Vrbs medio in capite fori Romani columna erecta erat, circa locum vbi nunc arcus Septimij cernitur, quod signum aureum milliare vocabant. Vbi viæ totius Italiae descriptæ erāt, & finiebantur. Præterea notata portarum omnium ab illo loco distantia, mensuraque legebatur, eā qui scire desiderat, Plinium consulat. Erāt & præter regiones 14. memoratas, Senatula 3. Obelisci magni 6. parui 42. Pōtes quibus Tyberis trāsitus iungebatur 8. Cāpi totidē. Fora 16. Basilicæ 11. Thermae 12. Aquæ in vrbe ductæ 20. Viæ 29. Capitolia 2. Nymphææ 11. Equi ænei deaurati 24. Equi eburnei 94. Arcus Triūphales marmorei 36. Cohortes pratoriae 10. Cohortes vrbane 4. Cohortes vigilum 6. Excubitoria 14. Vexilla cōmunia 2. Macella 2. Theatra 2. Ludi 5. Naumachia 5. Communia Castra peregrina, Castra Mefenatium, Castra Tabellariorum, Lecticariorum, Victimariorum, Castra Salgamorionum, Silicariorū equitum, singulorū 2. & præterea multa loca breuitatis causa omitimus. Turres florenti imperio erant 734. circum vrbs. Quantus autem hac memoria Romæ sit ambitus, non parum variatur pass. 15000. nonnulli dicunt, alij 14000. alij 13000. idque mensura distantia portarum inter se ostendere conatur. Turres solummodo 365. portæ 20. supersunt, nec quæ nunc extant turrent, nec muri veterum fundamentis iisdem insistent, nec iisdem in locis quibus olim portæ fuit: sed omnia mutata reparatorum pro tempore arbitrio. Portæ autem huius temporis recensentur istæ ab Occidente sumpto initio versus Septentrionem per circuitum sunt primo Popularis, olim Flumentana ac Flaminia, versus Septentrionem Pinciana, olim Collatina, deinceps Salaria à Sale, D. Quirinalis, D. Agnetis olim Viminalis, Figulensis & Nomentana, D. Laurentij, olim Tiburtina. Exquilina seu Taurina porta Maior, olim Neuiā. Porta D. Iohannis, olim Cælimōtana, versus Ortum est Gabuisa, dein Latina, semper id nomen habuit, D. Sebastiani, olim Capena, Appia, versus Meridiem D. Pauli, olim Trigemina & Ostiensis, ad Occasum iterum Ripensis, olim Portuensis D. Pancratij, olim Aurelia, deinde Septimiana, & porta Turrionis, olim Pusterula, mox porta Pertusa, Porta Julia & porta Castellana, olim AENEIA. Pontibus olim octo iungebatur Tyberis. Miluio qui hodie Mollis appellatur. Aelius hodie pōs Castelli S. Angeli. Vaticanus per eum triumphantes in Capitolium proficiscebatur. Ianiculensis, hodie pōs Sixtus quadriceps, olim Fabritius. Exquilinus & Cæstius hodie S. Bartholomæi, Senatorius & Palatinus, hodie pōs D. Mariæ Aegyptiæ. Vitimus erat Sublicus seu AEmilius, qui iā collapsus iacet. Montiū nomina superius à nobis enumerata sunt. Viarum verò 29. cū intra Romam, tum extra hæc sunt nomina Apia, Latina, Labicana, Capana, Prænestina, Cyminia, Flaminia, Cassia, Tiburtina, Collatina, Nomentana, quæ & Figulensis, Salaria, AEmilia, Portuensis, Cornelia, Claudia, Valeria, Ostiensis, Laurentina, Ardeatina, Gallica, Tiberina, Setina, Quinctia, Gallicana, Triumphalis, Prætoriana, Laticulensis, & Aurelia. Hæcque de Romana vrbe dicta sufficiant. Reliquū est, vt regionis qualitatem exponamus. Fertilis itaque & abundans est regio, præterquam aliquibus in locis prope oram, quibus paludes & aërem vitiosum atque grauem habet, vbi nimirum quondam habitauerunt Ardeates, eaque parte quæ inter Antium & Lauiniū vsque Pometiam est, cum agro Setinorū, & circa Terracinam, ac montes Circaos. Hic enim aspera, saxosaque sunt omnia, quanquā non tam profus inania, quin pascuis ac syluis cōmoda, redditusque præbeant magnos. Regimen perluit Tyberis, caput ex Apennini iugis tollens, tenuis primò ad modū modici riui instar, dein vbi fluminib⁹ augeri incipit paulatim crescēs nauigabilis efficitur, Romamque demum tam grandis fertur, vt transiri aliter quam pontibus aut nauigijs minimè queat. Amnes torrentesque spacio pass. 1150. quæ est longitudo eius à fonte vsque ad ostia, duos & quadraginta colligit, præcipuos verò Narem, Anienem, Tinnam, Glauen & Asum. Terminatur autem ab Occidente Tyberi & Aniēne. A Septentrione Apennino, ab Ortu Liri flu. à Meridie mari Tyrrheno. Incipit ab Occidente sub longit. grad. 35. min. 48. vbi Tyberis ostiū, desinitque in Oriente sub longit. grad. 36. minut. 32. vbi Liris seu Gangliani flu. ostia. A Meridie incipit sub latitu. grad. 40. min. 51. vbi eiusdem fluuij ostia, desinitque in Septent. sub long. grad. 41. min. 50. vbi Allia oppidū. Subiacet itaque ab initio 6. climat. per Hellepontum vsque ad medium eiusdem, vt parallelus per eam trāsfiens sit 13. diesque æltia prolixior horarum 15. longit. itaque habet ab Occasu in Ortum mill. Germanicorum 14½. seu Italicorum 58. latitudinem autem ab Austro in Boream mill. Germa. 13. seu Italic. 52.

T H V S C I A .

Diversa omnino priscis seculis (vti Leander scribit) & multa huius Italiae partis nomina fuisse constat. Primum omnium Comaram nuncupatam, à Comero Gallo Iapeti filio primogenito, testatur Amnius in Commentarijs in Berosum. Fabius Pictor aliud nomen memorat Ianiculam, vel Ianigenam, olim dictam affirmans à Iano, qui est Noa. Razenuam quoque à Razueno dictam Berosus & Halicarnassus referunt. Umbriae nomen Vmbriarum gentem genuisse verisimile, quam hic aliquando habitasse Plinius auctor est, quavis hodie ultra Tyberim hic locetur. Eos Pelasgi pepulere, terraque à se nomen fecere Pelasgiae, qui hos vicissim Lydi Tyrrheniam à suo rege Tyrrheno dixere, quamvis à gente Tyrrhena potius dictam regionem velint nonnulli, sic dicta à Tyrtis, aedificiorum genere, quae habitare solebant. Tyrrhenos deinde à Romanis Hetrufcos dictos ait Halicarnassus, à regione Hetruria, quae habebat. Vltimò nomen regioni datum est Thusciam, à Thusco primo eius rege, Herculis & Araxae filio, qui à patre ex Tanaide regione evocatus, creatus est Ianigenis Corythus, ac postea rex. Hetruriam Cato in tres gentes diuidit. Maritimam, eam etiam nunc Maremmam Thusci vocant, & Mediterraniam, quae rursus duplex, prima circa mare Inferum, quod nunc Thuscum, inter Macram ac Tyberis ostia fines habebat: altera in Mediterraneo, à Tyberi ad iuga Cyminia, quae Larthemianam olim Thusci, quos Romani dixere Veientes, cognominarunt. Tertia gens à iugis Cyminijs, quos Romani ad Pistorium diffundebant. Hoc tempore etiam nunc minores in ea Prouinciae numerantur, iuxta Apenninum montem Carfagnani, Mugellani, ac iuxta Tyberis fontes Casentini, sub ijs ad Arnū flu. Prati magni regio est, iuxta ostium Macrae flu. sunt secus littus maris: Linguani Verillanique, ad Tyberis ostia Inferumque; mare Veientes, Granisci, Faliscique; vestigia sua habent. In Mediterraneis Montunari, Monteri & Chianti locantur. Numerantur porro per Thusciam omnem sparsi 25. Episcopatus. Vrbes verò in ea famatissimas, quoad fieri potest breuissimè perstringam, initio sumpto ab Occidente ad Macram flu. littoreque; Mediterranei maris percurso. Septentrionalem plagam ad Apenninum montem enarrabimus, descendentes inde ad Mediterranea eiusdem, ac tandem Veientum, Faliscorumque; oram, & quae ab ijs sursum Tyberi flu. adiacet, iustrabimus. In Arietina itaque ora Liguria proxima à Macra iuxta littus, primò omnium apparet locus antiquae ac nobilis vrbs Lunae, cuius ingentes ruinae supersunt cum aliquot piscatorum casis, apud eam portus ille admirabilis, quem amplitudine tanta esse Strabo testatur libro 5. vt omnibus qui toto mari versantur nauigijs excipiendis sufficiat, ibidemque marmor effossum tradit, ex quo Romani insignia sua opera effecere. Inter amnes Aufer & Arnū tertio ab ora maritima lapide nobilissima, vetustissimaque; vrbs Pisae, nobilis hodie cum propter frugum copiam, saxorum opera, naualemque materiam, tum propter Gymnasium omnium disciplinarum anno post Christum natum 1303. institutum, & Archiepiscopatus dignitate gaudet. Hoc loco aliquando Alphai, Pelasgi confederunt, à quibus vrbs haec condita dicitur. Post hanc sequitur Liburnus portus Ptolomaei, quem Ligurnum hodie vocant, cui praecipue in mari ad mille passus scopulo imposita Pharos excelsa turris, è cuius summo fastigio noctu fax ingens nauigantibus praelucet, ad quam cursum dirigere tutò queat. Sequitur in littore Populonia, Vetulaniaque, quarum prior ex duodenis Hetrufcorum primis vna erat, princepsque rei naualis: oppidum Syllanis temporibus obsessum, ac penitus ferè excisum, postea iterum aedificata, tandem à Nicæa Patritio Constantinopolitano, qui Imperatoris Bizanti praefectus classis erat, tota adeo subuersa deletaque est, vt exinde refecta sit nunquam. Vtrobique verò ingentes, vastaque ruinas adhuc conspiciuntur, nam frusta nobilium marmorum; capitula praeputa, bases, tabulae, abaci, epistylia, similiaque vetustatis monumenta eximij operibus perfecta, passim inueniuntur. Sequitur deinceps Plumbinum nobilis & laeta ciuitas, mari apposta. Post Telamonis portum supra montem argentatum, lacumque salsum, Cosa vrbs olim posita erat, quam aliquando ob murium multitudinem desertam fuisse dicunt. Amnius à Gothis euersam, & postea sub Desiderio Longobardorum rege refectam, à praefectis quibus reaedificandi eius cura fuerat data, dictam Asidoniam ait, quoniam à Sidonibus Germanis regi militantibus instaurata sit. Succedit ad amnis ostium Floris castellum, in colle mons altus, vbi Ptolomaei pictura Grauiscaes proderet videtur, sic à caeli in tempestate grauitateque dictas. Plinius in mari apud Grauiscaes nasci Corallium auctor est, quod ratibus occurrere uellique solebat, vti etià adhuc fit. Sequuntur deinde in littore Anguillara & Portuensis ciuitas Episcopalis & Tyberis flu. ostia supra quam Roma orbis olim caput, de qua suo loco. Percursa autem ora maritima, reuertimur ad Macram flu. à cuius ostio sursum versus Apenninum ripa dextra est Sarzana Episcopalis, deinde in Apennini radicibus pernobile ac opulentum oppidum Pontremolum, iuxta Macrae fontem, vbi olim vetus castrum Apna. deinde ad Bisentij amnis ripam est Pratum oppidum, inter castra quatuor Italiae totius splendidissima, propter amplitudinem elegantiamque summam censetur vulgi verbo quo haec ea esse ferunt Barutum Apuliae, Fabrianum Piani, Cremanam Lombardiae, Pratumque Thusciae. Deinceps Florentia vrbs verè omnium florantissima ad Arnū flu. iacet, quo ipso secatur, ab Oriente ac Septentrione collibus amoenissimis, & vndique fructiferis arboribus vestitis cincta, medij theatri instar, Occidentali latere pulchram in

planitiem incedens caeli regione, inter Aretium & Pisam media, quarum vrbiū prior acutissima ingentia fert, altera crassiori aere homines memoria singulari. Quamobrem ipsa vti mixta temperie, non solum ad omnes artes idoneas, sed etiam summè memores generat. Apennini aliquot brachijs contra vim externam, & incursiones munita est, videturque ferè vmbilicum Italiae tenere. Nobilissimis aedificijs, tum diuino cultu, tum ciuium vsui paratis nitet. Extra Florentiam, haud procul in Apennini colle, vestigia cernuntur vrbs Phesularum antiquis admodum celebrata, vna enim erat ex primis duodecim Hetruriae, in qua olim augures & vates, qui prodigia, vocesque, & apparitiones volucrum exponebant, habitasse dicuntur. Supra Florentiam ad Arni ripam oppidum est perhonestum Incisa. Hinc nobile oppidum D. Ioannis, vno inclutum, quod Tribianum vulgò vocatur, in suauissimis ac genorissimis quae vsquam sunt. Censenda deinceps ciuitas Volaterrana, difficillimo, asperissimoque iugo imposita, ex primis Hetruriae vrbiibus 12. conditore Iano, insignis, Volaterrae dicta, quasi volae Tyrrhenorum. i. vrbs vel propugnaculum Tyrrhenorum, sita est profunda in valle, sublimis & praecipue vndique collibus affurgit, cuius in vertice planities, in qua vrbs moenia posita sunt. Ascensus ad eam stad. 15. ab Caecina flu. mill. pass. 5. ab Era flu. altero latere. Murorum forma humanae manus speciem sequitur, quod montis in quo siti sunt, fastigium quibus affurgat modicis collibus, inter se paruis item vallibus dissociatis: omnes tamen muro clausi non sunt, sed aliqui tantum. Deinde ad Arbiā fluium Sena vrbs iacet in colle praecelsis cincta crepidinibus tophinis, frequentia nobilium aedificiorum nitens, & Gymnasio omnium disciplinarum florens. Ultra Orcium fluium versus Clanium flu. Clusium est ex 12. Hetruriae capitibus: nobilitauit quondam eam vrbs Porfenna, celeberrimis quibusdam operibus, inter quae Labyrinthus, quem Plinius lib. 36. cap. 13. commemorat. Nunc penè collapsa iacet tota ciuitas, Aretium antiquissima & perhonestissima ciuitas vltra Clanium flu. iucundis, amoenisque in campis sita, fructuoso agro, ac frumenti, vini, ceterarumque; frugum abundè fertili. Quondam Aretinis fistilibus vasis pretium summum fuit. Vnde Martialis lib. 1. Epigrammatum cecinit: *Aretina nimis ne spernas vasa, monemus. Lautus erat Thuscis Porfenna fistilibus.* Inter Cainam & Tyberim fluios Perugia est antiquissima quoque ciuitas, insides colli Apennini, maiore agri parte fructiferis & amoenis affurgente collibus, vini nobilis, olei, ficuum, pomorum, aliorumque optimorum fructuum fertilibus, subter vrbs ad Assisiam campi steruntur iucundi, tritico, ceteroque frumento copiosi. Natura loci vrbs praemunita nobilibus aedificijs, cum priuatis tum publicis nitens, Gymnasio quoque vniuersali floret. Ad Paliam fluium in Phaliscis aqua pendens oppidum est, & sub eo Bolsena haud obscurum aut infrequens oppidum, vestigijs antiquae vrbs Vulturnensium, quae ex Hetruriae 12. primis vna fuit inaedificatum, ea lacui Vulturno imminet. Medio ferè inter Vulturnum & Sabatinum lacus spacio, Viterbum est, iacet ameno spaciofoque loco, iugis Cyminijs (ea nunc mons Viterbinus) à tergo imminentibus, plurimis haud inhonestis operibus nitens, nunc tamen maiori propemodum ex parte ruinis deformatum iacet. Haec olim vrbs Hetruria dicta putatur. Vnde Hetruriae regioni nomen, iam in angulo inter Tyberis ostia, & littus maris Inferi Veientes sunt, sic dicti à palustris, quibus omnia sua more Schytarum circumferre, munitionesque in oppidi formam componere solebat, eorum ciuitas Veiens non procul Anguillaria Marthenianum etiam, vel vti nonnullis placet, Larthemianum dicta. Atque haec de Thusciae vrbiibus praecipuis dicta sufficiat, quarum gens laeta, prudens, ingeniosaque habetur, ad omnia summo, pacis bellique temporibus, ingenio promptissimo: nec minus ad studia litterarum, quam negotiationes apti. Regio nitens est vniuersa, salubrique caelo, nisi quantum in Volaterrensium ac Senensium ora, terra lutea similis auripigmento foedissima inscit, quamobrem Incolae regionis, quam possunt studiosè iter hac vitant, odorem enim tam grauem ac tetrum exhalat, vt superuolantes aues mortuae statim occidat. Alia quoque sunt agro Volaterrano, Marantioque loca putrida, quorum graeolentiam & foetorem, sulphuris nigri metallum, quod hic inuenitur, & haud procul ad id paratis officinis excoquitur, exhalare putatur. A iugis Grauiscaes quoque ab aëris caeli grauitate dictos. Campi per vniuersam Thusciam sternuntur amoeni feracesque vini, frumenti, olei, medicorum, aliorumque nobilium malorum ac fructuum fertiles, olei, oleumque abundans est, passim nitidissimi horti sunt, fructiferis arboribus omne genus confiti, septisque perelegantibus, ex buxo, myrto, zelsamino, rosmarino, ac rosa varia conclusi. Pergulae in ijs praecelsae ex omni specie vitium, praecipue proceritatis, & cupressi, opaca lauri nemora fragantes, vndique plurima cum salua herbae, nec tam odorati, quam aspectu iucundissimae. Arbores hic medicae variae, perpetuò simul fructu aureae, simulque flore vernates, tanta in aliquibus locis agri fecunditas, vt olea, post primum statim quo satasunt annum, fecunda sint. Breuiter mirabilis omnino locorum amoenitas & ornatus. Fluminibus plurimis haec regio rigatur, quorum primum est Tyberis, qui & Albula olim, & à Poëtis Lydus, Thuscus, Vulturinus, ac Turrenus dictus est. Verum de huius fluxu ortuque alibi. Secundus ab hoc est Arnus amnis nobilis, nascitur ex Apennini latere dextro, fontis loco, Falteronae nomen est. Medicis in iugis principio tanquam riuiulo inter rupes horridas, praecipitesque conualles in Occasum tendit: deinde collectis fontibus,